

D–2. A latin-görög uniós egyezség előkészítése (1270. március 4.)

A bíborosi testület tájékoztatja és utasításokkal látja el az albanói püspök-bíborost a görög császárral és egyházzal kapcsolatos tárgyalások ügyében, 1270. március 4.

Miseratione divina episcopi, presbiteri et diaconi Sacrosancte Romane ecclesie cardinales venerabili fratri ... episcopo Albanensi<sup>507</sup> apostolice sedis legato salutem in domino. Hoc est transcriptum quarumdam litterarum felicis recordationis domini Clementi pape quarti. Clemens episcopus servus servorum dei viro magnifico Michaeli Palaelogo illustri im/peratori Grecorum gratiam per quam gloriam obtieneat in futuro. Magnitudinis tue litteras<sup>508</sup> ac viros providos et discretos latores earum apocrisiarios tui culminis ad nostram venientes presentiam, serena facie sed et animo leto recepimus et eis super omnibus que proponere voluerunt, coram nobis et fratribus nostris audientia benigna concessa, fideles adhibuimus / interpres, qui nostram eis et suum nobis in omnibus et per omnia panderent intellectum. Ipsum quoque litterarum tuarum initium, quod e psalmis assumpseras spiritualis et nobilis citharedi, cordis tuis gaudium manifestans, ex eo iusta ratione conceptum, quod in domum domini te sperabas initurum, illuc etiam tribus domini, Latinorum videlicet et Grecorum, pariter ascensuras, acceptum / nobis plurimum cum gudio acceptimus exultationis ingentis. Hoc est enim quod et nos totis visceribus concupiscimus, quod et in ipsis missarum sollemnisi a domino petimus incessanter, ut suam videlicet ecclesiam toto urbe terrarum adunare digneretur. Hoc est quod videre summopere cupimus, ut ipsis ruinas implete, scissuras reparet, muros edificet et sanctorum custodia muniatur / angelorum. Non sunt enim nobis incognita damna populi christiani, que iam dudum Latinorum et Grecorum dissensio peperit, annosa pariter et damnosa, dum divisos inter se populos et in sua se adversis mutuo debilitando conatibus conversos viscera frequentius et liberius furor hostilis invasit, qui eisdem glutino vere caritatis unitis obesse minime potuisset. Sane / olim ad felicis recordationis Urbanum papam predecessorem nostrum cum litters sollemnes nuntios destinaveras,<sup>509</sup> tuum modo consimili per eosdem nuntios et litteras pium desiderium explicando, inter cetera postulasti, ut ad tuam presentiam apocrisiarios suos mitteret seu legatos, pacis homines et pacificos Christi discipulos, non gaudentes in vanitate verborum neque bono pacis / mundanam sapientiam preponentes. Qui tuis votis annuens in hac parte, viros electos de fratum minorum ordine, viros

<sup>507</sup> Radulfus (Rudolf) Grosparmi, III. táblázat, 1.

<sup>508</sup> 1263. 07. 28.: VIII. Palilogosz Mihály válasza IV. Orbánnak, az utóbbi által küldött négy ferences megbízott tevékenységével kapcsolatban. TÄUTU 1953. 14–26., 6. sz., 26–28., 7. sz.

<sup>509</sup> Vö. TÄUTU 1953. 33–43., 10., 10a. sz.

utique pauperes in hoc mundo, in fide divites, in lege domini plenius eruditos, fratres scilicet Simonem de Alvernia et Petrum de Moras, Petrum de Crista et Bonifacium de Iporeia, cum suis sub certa forma litteris ad te misit. Licet autem idem predecessor / noster celsitudinis tue litteras supradictas cum magno gaudio recepisset, et in ipsis contenta litteris singillatim inspecta pietatis perpenderet speciem obtainere, ad contentum tamen in eis ordinem sicut non debuit, sic nec voluit arctare. Tu quidem eorumdem Latinorum et Grecorum concordiam dissolutis inimiciis, in caritate mutua prius decreveras solidam et tunc demum videbatur tibi com/modior de dogmatibus fidei et rituum diversitate tractatus et ad huiusmodi probatinome, ordinis ex Scripturis authenticas argumenta multa congregas ad probandum, quod bonorum sit omnium caritas fundamentum. Ipse vero tuis non obvians argumentis nec preconia caritatis attenuans quam sedes apostolica illibatam servat ad filios etiam inde votos, sed fidei primum et solidum fundamentum attendens, sine qua deo impossibile est placere, non iniuste de consonantia fidei tractatum censuit premittendum. Absit enim, ut Romanam ecclesiam, que nec rugam habens, nec maculam, illam tenet hodie quam semper hactenus tenuit fidei veritatem, filios etiam se avertentes ab ea odio prosequi fateamur, cum proculdubio eadem mater ecclesia iustis et peccatoribus, obedientibus et rebellibus exhibens pie caritatis affectum / ad salutem omnium quibus potest modis intendat, nec ideo minis diligere sit censenda, quod interdum, exigente iustitia, peccatorum confringit cornua, qui salutaribus monitis obtentare contemnunt. Sicut nec recto iudicio dici potest medicus odiosus, qui curandis vulneribus ferrum vel ignem adhibet, que lenioris antidotis medicamine non curantur. Stetit itaque cum fide caritas apud ipsam, sed / qui fidem contaminant necessario deserunt caritatem, ad quam nullus est eis redditus nisi prius quam non receperant vel receptam abiecerant fidei veritatem agnoscant, cum sit ille fons vivus, caritas cui nullus communicat alienus. Ut igitur rectus esset ad pacis optate colloquium et tractatum ingressus, missi sunt ad tuam magnitudinem dicti fratres de dogmatibus fidei et ecclesiastici, ritibus tractaturi ac insuper / de concordia super aliis inter predecessorum ipsum et te tuumque populum reformanda. In eisdem predecessoris litteris hoc expresso, quod si ex huiusmodi tractatu tibi et ipsis fratribus videretur, quod tam pium, tamque salubre negotium progressum laudabilem et egressum deberet habere felicem, per te ordinari posset et eos, quod pro eiusdem consummatione negotii sollemnes nuntii cum auctoritate et potesta plenaria / et sufficienti mandato ad sedem apostolicam ex parte tue celsitudinis mitterentur vel alia inveniretur via conveniens per quam promptius ad negotii consummationem ipsius deo procederetur auctore. Ceterum fratres ipsi aliquamdiu in tua curia commorati, cum non possent ad plenum assequi quod volebant, volentes tandem obtainere quod poterant, in quandam tecum, ut dicitur, convenere scripturam / certos articulos

continentem. Magnitudini tue bona fide spondentes se apud dictam sedem instituros quantum esset in eis, ut scriptum huiusmodi sedes eadem acceptaret. Nuper autem tuis apocrisariis supradictis ad nostram presentiam accedentibus et a nobis prius secretis, ut eis placuit, ac in fratribus nostrorum presentia subsequenter auditis, super fidei vere dogmatibus cum eis conferre voluimus non con/tentiose disputationis certamine, sed verbis simplicibus et evangelice consonis veritati. Quod recusantionibus ipsisadmittere, tractatores eis obtulimus, de dictorum fratribus nostrorum collegio, qui colloqio familiari discuterent cum eisdem, quibus modis quibusve gradibus tam salubre posset negotium consumari. Sed ipsi nec istud recipere voluerunt, propONENTES finaliter, quod nec ad disputandum nec ad tractandum / venerant, sed per nos roborari petebant que a fratribus predictis, Simone scilicet et collegis ipsius in tua, ut dicebant, presentia fuerant acceptata, que cuiusdam scripture series, quam in nostra protulerunt presentia, continebat. De qua tam pro te tuisque subditis roboranda, etiam si nos acceptare vellemus eandem, nullam se recepissemus penitus potestatem coram nobis et eisdem nostris fratribus iidem tui / apocrisarii sunt confessi. Quibus auditis mirati sumus tanti apocrisiarios principi, qui si ea que in eiusdem predecessoris litteris expressa supra meminimus, adeo processissent quod iuxta eorum seriem extimares non inmerito nuntios destinandos, mitti a te debuerant, ut premititur, cum auctoriate et potestate plenaria et sufficienti mandato, sic instare super eiusdem corroboratione scri/pture, cum tamen ad hoc petendum nec in scriptis, nec alias mandatum aliquod exhiberent, immo nec predicte tue celsitudinis littere nobis presentate per ipsis de petitione huiusmodi vel prefata scriptura seu etiam de predictis sedis eiusdem apocrisariis aliquam fecerent mentionem aut quod ipsis tuis apocrisariis fides a nobis deberet super hiis que pro parte tua proponebant / adhiberi. Sed ne ipsis contumere videremus, benigne ipsis ostendimus, quod prefata scriptura nobis per ipsis exhibita non potuit a sepedictis fratribus dicte sedis apocrisiariis eiusdem sedis nomine approbari, cum ad id ab ea non habuerint potestatem. Tractatores siquidem missi fuerant, non negotii perfectores sicque per consequens eorum incumbebat officio tractatus sui summam ipsi sedi referre illiusque / approbationem eiusdem sedis iudicio reservare. Quod et ipsimet consilium attendentes circa finem prefata scripture fatentur ex iniuncti ministerii debito dicte sedi sed inventa renuntiare debere nec approbatoris sibi usurpaverint officium, sed instantie sue ministerium promiserunt, spondentes, ut prediximus, se instituros apud dictam sedem quantum in eis erat, ut scripturam approbaret eandem. / Videat itaque tua sublimitas, quam pure, quam liquide dicti fratres apocrisiarii sedis eiusdem sue potestatis et ministerii reserarunt seriem et fines seu terminos expresse-40 runt quam clare, quam aperte sue intentionis aperurere propositum. Quam enim clarius dici vel scribi potuit, ut nondum actum quis diceret quod adhuc

omnino ex alterius approbatione pendebat. Fratres igitur memorati, apocrisarii dicte / sedis nec roboraverunt, nec intenderunt, sicut etiam nec poterunt, predictam sine sedis eiusdem conscientia roborare scripturam. Nos quoque petitionem a prefatis tuis apocrisariis super ipsius scripture roboratione propositam, eiusdem scripture inspecto tenorem, cum nonnulla que continentur in ea nec accommoda nec utilia, immo dispendiosa et damnosa potius tanto et tali negotio reputemus, de predictorum / fratrum nostrorum consilio, eiusdem negotii qualitate pensata, non duximus admittendam, presertim cum ipsis tui apocrisarii ad roborandam eandem pro te tuisque imperii clero vel populo nullum, ut premisimus, mandatum vel potestatem haberent, nec tu de petitio-  
ne premissa tuis aliquid litteris duxeris inserendum, imm ad eadem scriptura, utpote de cuius corroboratione iam elapo fere triennio non cu/rasti nec per nostros apocrisiarios post superius nominatos novissime ad te missos, qui apud te moram diutius contraxerunt, nobis misisti aliquid verbo vel scripto,  
recessisse verisimiliter credi posses, quamquam et alias non fuisset a nobis eadem petitio admittenda. In hiis etenim que sunt fidei et veritatem recipiunt, sine qua salus esse non potest, explicite non sub involucro est agendum. Ideoque, ut in lucem / omnia veniant nec verborum ambagibus intentionis nostre puritas involvatur, tenore presentium duximus declarandum, quid tibi ac prelatis et ceteris sub tua ditione degentibus faciendum incumbat, ut ad sinum eiusdem sacrosancte Romane ecclesie, matris tue, sano fretus consilio redeas reverenter. Quod si faciendum, domino, decreveris inspirante, ipsa mater piissima filio redeungi, sinum largissime pietatis aperiens, in tuos leta / properabit amplexus. Ecce ergo quod corde firmiter credimus et quod ore simpliciter confitemur, tibi plane proponimus et exponimus nec in velamentis enigmatum dogmata nostra tegimus, sed omnino verbis explicitis et apertis notam esse volumus universis professionem fidei quam tenemus. Quam a te, clero et populo predictis exigimus, ut eandem tu et ipsi profiteamini, si ad nostram, ut desideramus, volueris redire unitatem. / Ea insuper, que circa eiusdem ecclesie Romane primatum, de cuius veritate nonnulla prefate scripture series continebat, a te ac ipsis clero et populo recipi et acceptari volumus, plenius et apertius explicantes. Et quidem:

*Credimus sanctam trinitatem, patrem et filium et spiritum sanctum, unum deum omnipotentem totamque trinitate deitatem cesentialem, consubstantialem, coeternam et coomnipotentem, unius voluntatis potestatis et maiestatis, creatorem omnium creaturam, a quo omnia et per quem omnia, et in quo omnia que sunt in celo et in terra, visibilia et invisibilia, corporalia et spiritualia. Credimus singulam quamque in sacra trinitate personam unum verum deum, plenum et perfectum. Credimus ipsum filium dei, verbum dei eternaliter natum de patre consubstantialem, coomnipotentem et equalem / per omnia Patri in divinitate, temporaliter natum de spirito sancto ex Maria semper virgine, cum anima*

*rationali, duas habentes nativitates, unam ex patre eternam, alteram ex matre temporalem, deum verum et hominem verum, proprium in utraque natura atque perfectum, non adoptivum neque phantasticum, sed unum et unicum filium dei in duabus et ex duabus, divina scilicet et humana naturis, sed in unius persone singularitate impassibilem et immortalem divinitate, sed in humane pro nobis et pro salute nostra passum vera carnis passione, mortuum et sepultum, et descendisse ad inferos ac tertia die resurrexisse a mortuis vera carnis resurrectione, die quadragesimo post resurrectionem cum carne in quo resurrexit et anima ascendisse in celum et sedera ad dexteram / Patris inde venturum iudicare vivos et mortuos et redditurum unicuique secundum opera sua, sive bona fuerint, sive mala. Credimus etiam spiritum sanctum et perfectum verumque deum ex patre et filio procedentem, coequalem et coessentialm et coomnipotentem et coeternum per omnia et filio. Credimus hanc sanctam trinitatem non tres deos, sed unum deum omnipotentem, eternum, invisibilem / et incommutabilem. Credimus sanctam catholicam et apostolicam unam esse veram ecclesiam, in qua unum datur baptisma et vera omnium remissio peccatorum. Credimus etiam verum resurrectionem eiusdem carnis quam nunc gestamus et vitam eternam. Credimus etiam novi et veteres testamenti, legis ac prophetarum unum esse auctorem deum ac dominum omnipotentem. Hec est vera fides catholica / et hanc super dictis articulis tenet et predicit sacrosancta Romana ecclesia. Sed et propter diversos errores, a quibusdam ex ignorantia et ab aliis ex malitia introductos, dicit et predicit eos, qui post baptismum in peccata labuntur, non rebaptizandos, sed per veram penitentiam suorum posse consequi veniam peccatorum. Quod si vere penitentes in caritate decesserint, antequam dignis penitentie fructibus de commissis / satisfecerint et omissis, eorum animas penis purgatoriis post mortem purgari, et ad penas huiusmodi relevandas prodesse eis fidelium vivorum suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes et elemosynas et alia pietatis officia que fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum ecclesie instituta. Illorum igitur animas, qui post sacrum baptisma susceptum nullam omnino peccati / maculam incurserunt, illas etiam, que post peccati contractam maculam vel in suis manentes corporibus vel eiusdem exute, prout superius dictum est, sunt purgate, in celum mox recipi. Illorum autem animas, qui in mortali peccato vel cum solo originali decedunt, mox in infernum descendere, penis tamen disparibus puniendas, eadem sancte Romadne ecclesia credit et firmiter asseverat /, et quod nihi-lominus in die iudicii omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus comparuebunt, reddituri de factiis propriis rationem. Tenet etiam et docet eadem Romana ecclesia septem esse ecclesiastica sacramenta. Unum scilicet baptisma de quo dictum est supra, aliud est sacramentum confirmationis, quod per manus impositionem episcopi conferunt chrismando renatos. Aliud est penitentia, aliud est eucaristia, aliud est sacramentum ordinis, aliud est matrimonium, aliud est extrema unctionis, que secundum doctrinam b. Iacobi infirmantibus exhibetur. Sac-*

ramentum eucharistie ex azymo conficit eadem Romana ecclesia tenens et docens,  
 quod in ipso sacramento panis vere transubstantiatur in corpori et vinum in san-  
 guinem domini nostri Jesu Christi. De matrimonio tenet /, quod nec unus vir simul  
 5 plures uxores, nec una mulier simul habere permittitur plures viros. Soluta vero  
 lege matrimonii per mortem alterutrius coniugum, secundas, tertias et deinceps  
 nuptias successive licitas esse, si impedimentum canonicum ex causa alia non ob-  
 sistat. Ipsa quoque sacrosancta Romana ecclesia summum et plenum primatum  
 10 et principatum super universam cathollicam ecclesiam obtinens quem se ab ipso  
 domino in beato Petro Apostolorum principe sue vertice, cuius Romane pontifex  
 est successor, cum potestate plenitudine recepisse veraciter et humiliter recognos-  
 cit, sicut pre ceteris tenetur fidei veritatem defendere, sic et si que de fide suborte  
 fuerint questiones, suo debet iudicio definire. Ad quam potest gravatus quilibet et  
 15 in negotiis ad forum / ecclesiasticum pertinentibus appellare. Sed et in omnibus  
 causis ad examen ecclesiasticum spectantium ad ipsius potest recurri iudicium et  
 eidem omnes ecclesie sunt subiecte ipsarumque prelati et obedientiam et reveren-  
 tiam sibi debent, apud quam sic potestatis plenitudo consistit, quod ecclesias ce-  
 teras ad sollicitudinis partem admittit, quarum multas et patriarchales precipue,  
 20 diviversis privilegiis eadem Romana ecclesia / honoravit, sua tamen prerogativa  
 tam in generalibus conciliis, quam in quibuscumque aliis semper salva.<sup>510</sup>

Porro precriptam purissimam, certissimam et solidissimam orthodoxe fi-  
 dei veritatem, evangelice doctrine consonam, a sanctis patribus traditam et  
 Romanorum pontifum in suis synodis definitione firmatam, sicut nec decet  
 sic nec volumus nove discussioni et definitione subiacere, ipsam quasi per hoc  
 25 quomodolibet / contra fas et licitum in dubium revocando. Ideoque licet in  
 prefata scriptura de convocatione concilii ageretur, licet tu per tuas prefatas  
 litteras concilium in terra tua convocari petieris, nos tamen nullo modo pro-  
 ponimus concilium ad discussionem seu definitionem huiusmodi convocare,  
 non quod cuiusquam faciem vereamur vel eandem sanctam Romanam ecc-  
 30 lesiam Grecorum superari prudentia timeamus, sed quia / prorsus indecens  
 foret, immo nec licet, nec expedit in dubium revocari premissam vere fidei pu-  
 ritatem, tot sacre page auctoritatibus, tot sanctorum roboratam sententiis,  
 tot Romanorum pontificum stabili definitione firmatam, pro cuius defensione,  
 si necesse foret, parati essemus subire martyrium et morti etiam exponere  
 35 corpus nostrum. Quam ideo ad presens nequaquam auctoritatibus, quarum  
 tamen / satis nobis copia pro voto suppeteret, munire curavimus, sed in simp-  
 licitate veridica sic pure, sec explicite tam predictis tuis adhibendum nuntiis,

<sup>510</sup> IV. Kelemen oklevele: ASV Reg. Vat 32. fol. 199<sup>r</sup>–201<sup>r</sup>, ASV Reg. Vat. 29A fol. 174<sup>r</sup>–177<sup>v</sup>; TÄUTU 1953. 61–69., 23. sz. Az unió ügyében kelt még IV. Kelemen tovább három levele: 1) 1264. 03. 04. a konstanti-  
 nápolyi pátriárkához (TÄUTU 1953. 69–70., 24. sz.), 2) 1267. 05. 17. a bizánci császárhoz (TÄUTU 1953. 71–72., 25. sz.), végül 3) 1267. 06. 09. a ferences rend előljárójához intézett levelében a szakadár görögök-  
 ről, azaz a skízma megszüntetésének sikertelenségéről ír.

quam tibi decrevimus destinandum, quia vel notam prolixatis nimia diffusus episcole textus incurreret, si auctoritatum multitudinem, quibus eadem robatur veritas, contineret, vel si, notam vitare volens huiusmodi tam prolixam, tot articulorum mate/riam brevi sermone perstringeret, de defectu, forsitan,  
5 qui procul dubio nimis foret in tanto notabilis et pericolosus negotio, notaretur. Et qui provida deliberatione concepimus apocrisiarius aliquos in lege dei peritos ad tuam presentiam destinare, cum quibus tu ac predicti clerus et populus super premissis conferre poteris et, sicut speramus, ipsi vobis sufficienter, divina eis id donante clementia, responde/bunt, sed nichilominus, si quid  
10 tuum tuorumque animos concutit, si quid turbat, ut eorum aliquid que supra scripsimus, vereamini, ut petimus profiteri, aliquos de petitioribus, quos in predictis repereris clero vel populo, ad nostram mitte presentiam, nosque, qui iuxta eiusdem principis apostolorum sententiam parati sumus omni poscenti nos de ea, que in nobis est fide et spe reddere / rationem, illos quos miserit  
15 caritative tractabimus et patienter, quid proponere voluerint, audiemus tam plene, donate domino, satisfaciemus eisdem, quod amoto cuiuslibet dubitationibus scrupulo, fidei veritatem agnoscent et in agnita salubriter gloriantes, ad te cum gloria remeabunt. Ipsi quoque apocrisaris tuis, cum de premissa professione fidei eis, ut permittitur, copiam feci/mus, clementer obtulimus benigna ipsis satisfacere, si super ea in aliquo dubitarent. Ideoque excellentiam  
20 tuam monemus, rogamus et hortamur in domini Iesu Chriso, per aspersionem sui pretiosi sanguinis obsecrantes, quatenus diligenter attendens, quantum tibi accresceret ad meritum, quantum accedet ad gloriam et exaltationem tui nominis ampliandam, si datum tibi desuper / fuerit, ut oves que perierunt tue  
25 diligentie studio ad caulam domini reducantur; si tuis fiat laboribus, ut unum sit ovile unusque pastor, Latinorum et Grecorum populis, tuis temporibus in unitate premissae orthodoxe fidei adunatis, sic studeas habilitare materiam, sic animos tuum tuorumque disponere, quod in predictorum apocrisiariorum nostrorumque disponere, quod in predictorum apocrisiarorum nostrorum  
30 adventu te ac premissis clero et populo / prescriptam humiliter suscipientibus et fideliter profitentibus fidei veritatem, facilis sit ad reliqua, domino faciente, processus. Quod si, postquam taliter supra propositam tu idemque clerus et populus veritatem fidei susceperitis et professi fueritis et ad obedientiam, ut premisimus, eiusdem veneritis Marie vestre, concilium per sedem ipsam ad locum qui ad hoc eidem sedi videatur idoneus /, convocari petieritis, ad caritatis vinculum inter Latinos et Grecos foedere perpetuo roborandum, legatos super  
35 hoc ad nos poteritis destinare, quibus faciente domino responsum dabitur, qui tuum desiderium satiari poterit et debebit. Ad premissae igitur tam salutifere unionis salutare commercium efficaciter sollicitudo tue sublimitatis intendat et ut animarum et corporum / discrimina, que ingerit inveterata dissensio, precidantur premissa, que paterna monitione requirimus, implere festinet,

scitura, quod occasione tractatus huiusmodi nec hiis qui a tua magnificentia se gravatos esse queruntur, sicut nec debemus, in sua iustitia deesse proponimus nec a prosecutione tanti negotii per alias vias, quas ad animarum salutem dominus ministraverit /, desistemus. Datum Viterpii, IV nonas martii, anno 5 tertio. Datum Viterpii, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup> apostolica sede vacante.

Paris, Archives Nationales de France, Fonds publiques de l'Ancien Régime, Marine, Affaires Étrangères, Trésor des chartes, Série J 420, nr. 5. Az oklevél képét ld. a *Képek mellékletben*: K–1.

A bíborosi testület a fenti, napi dátumot nélkülező oklevél mellett 1270. május 15-én kiadott egy másik oklevelet, amelynek ugyancsak Radulfus Grosparmi albanói püspök-bíboros, legátus volt a címzettje. Ebben megemlékeznek IX. Lajos francia király közvetítéséről, IV. Kelemen közeledési kísérletéről, és megemlízik IV. Klement fenti oklevelét, amely a legátus mostani megbízásának az alapja. Az átirásra hivatkozva meghagyják neki, hogy vegyen esküt a császártól, az ottani klérustól és néptől, a konstantinápolyi pátriárkától és valamennyi egyházítótól egy ott összehívandó zsinat keretében. Ehhez mellékelték az eskü szövegét is, amelyet azután közjegyzői másolatokban mindenhol nyilvánosságra kellett hozni.<sup>511</sup>

<sup>511</sup> „[...] Quocirca debita meditatione pensantes tam salubre negotium, tam utiliter tamquam perpenso consilio et exacta maturitate dispositum, non immutatione sed prosecutione potius indigere, instantie memorati regis Francorum, in votiva nobis admodum expeditione ipsius negotii nostris desiderii concurrenti, consensu prompto concurrimus et premissa vobis ad plenioris instructionis auxilium seriosius exponentes, executionem predicti negotii fraternali vestre presentium tenore committimus, ut in ipsa iuxta premissarum eiusdem domini pape Clementis litterarum tenore, quem vobis sub sigillis nostris de verbo ad verbum sine immutatione aliqua destinamus secundum datam vobis a deo prudentiam procedentes, imperatorem, clerum et populum memoratos ad eiusdem fidei orthodoxe professionem et acceptandum et recipiendum ipsius ecclesie Romane primatum, iuxta subscriptam formam, idoneis securitatibus et cautelis adhibitis, admittatis. [...]” ASV Reg. Vat. 29A fol. 177v–180r; TÄUTU 1953. 78–84., nr. 29. Ugyanitt szerepel egy IX. Lajoshoz intézett levél részlete 1270. május 13-i dátummal. TÄUTU 1953. 84–85., nr. 29a. A közlés azonban nagyon hiányos, vö.: ASV Reg. Vat. 29A fol. 180r–181r. Täutu